Reterea ostenditur circulus quidam in sideribus can/dido colore:quem Lacteuz esse nonnulli dixerunt. Eratosthenes autem Mercurio dicit infanti puero insciam Junonem dedisse lac:sed postq̃ rescierit eum Maię filium esse/ reiecisse eum a se: ita lactis profusi splendorez inter sidera apparere. ¶ Alij dixerunt dormienti Junoni Herculem suppositum ⁊ experrectam ei quod supra diximus fecisse. Alij autem Herculem propter nimiam auiditatem multitudinem lactis appetisse: neq̃ in ore continere potuisse: q̄ ex ore eius profusum circulum si/gnasse. ¶ Alij dicunt quo tēpore Ops Saturno lapidez pro partu attulit:iussisse ei lac prębere:quę cum presisset mammam profuso lacte circulum deformauit quem supra demonstrauimus. Nos aūt omnium corpoꝝ deformationem dicere instituimus.



¶ CLARISSIMI VIRI HIGINII DESCRIPTIONVM FORMARVM CAELESTIVM ASTRONOMICON.



Situr incipiens a Polo Boreo protinus dicere: quo vtreqꝫ arctui nixę vehuntur arctico circulo clausę: ⁊ ita collocatę vt alterius vnaqueqꝫ earum resupinata caput: alterius tegere videatur: ita tamen vt caput eius quę superior fuerit ad caudam inferioris contendat. Harum maior in extremo circulo pedes habet fixos. ¶ Pręterea habet in capite stellas septē: oēs obscuras. In vtrisqꝫ auribus binas. In humero claram vnā. In pede de posterioribꝰ nouissimo duas. In summo interscapilio vnā. In crure de posterioribus primo vnam. In pede priore duas. In cauda ipsa tris. Ita totius sideris stellę sunt oīno. xxj. ¶ Minor autē habet in statiōis vnoquoqꝫ loco stellas singulas clare lucentes: ⁊ super caudam tris: omnino septem. sed in prioribus caudę stellis vna a qua polus appellatur. vt Erathostenes dicit. per quem locū ipse mundus existimatur versari. Reliquę autē duę χορευταὶ dicuntur: qꝛ circum polum versantur.



Raco inter duas arctos collocatus videtur corporis si nu facto arcton minorem ita concludere: vt pene pedes eius tangere videatur: cauda autem flexa caput maioris attingere: suo capite tanq; reducto: circulum arcticu; attingens corpus vt in spheram complicari: & si quis diligentius attenderit videre poterit caput draconis ad maioris vrse regionez caudę collocari. ¶ Hic habet in vtroq; tépore stellas singulas. In oculis singulis. In mento vnam: & toto corpore reliquo passim claras decem: ita vt omnino sit stellarum quindecim.





Rctophilax. Huius manuz sinistram circulus arcticus
includit: ita vt neqz occidere neqz exoriri videatur. Ipse
enim positus ab arctico circulo ad ęstiuum definitur in/
clinatus in longitudinem. dextro pede ęstiuo circulo ni/
xus. huius humeros ⁊ pectus a reliquo corpore diuidit circulus: q
per vtrosqz polos transiens tangit arietem ⁊ chelas: hic quidez cũ
Tauro ⁊ Geminis ⁊ Cãcro ⁊ Leone occidit: ideo sero occidere di/
citur: ꝙ magis erectus a pedibus peruenit ad terram. At exoriens
citius q̃z chelę videt̃. ¶ Habet autem in sinistra manu stellas quat
tuor: quę nũq̃z occidere videntur. In capite stellam vnã. In vtro/
qz humero singulas. In vtraqz mamma singulas. sed clariorez dex
tram: ⁊ sub ea alteram obscuram. ⁊ in cubito dextro claram vnaz.
In zona vnaz clarius cęteris lucentez. hęc stella arcturus appella/
tur. In vtrisqz pedibus singulas: quę oĩno sunt quattuordecim.



Oronam humero sinistro prope contingere arctophi-
lax videtur: quę ante Engonasin dextri pedis calce con
iungit. hęc Cancro & Leone exoriēte occidere: cū Scor
pione exoriri perspicit̄. ¶ Habet autem stellas nouē in
rotundo dispositas: sed ex his tres clarius ceteris lucentes.

CHORONA



ENgonasin. Hic positus inter duos circulos arcticum ⁊ ęstiuum: vtrisqꝫ pedibus ⁊ dextro genu quem ante diximus arcticum circulum finit. Ita tamen vt dextro pede prioribus digitis circulum terminet: sinistro autez toto caput draconis opprimere conetur. Humeris autem velut sustinens circulum ęstiuum/ ⁊ manu dextra proiecta tangens. Leua aũt e regione ad sinistrum genu porrigens ęquali interuallo circuli ęstiui ⁊ genu sinistri. Hic occidens capite prius q̄z reliquo corpore deuenit ad terram: qui cum totus occidit vt pendere pedibus ex arctico circulo videatur. Exoriens ante pedibus q̄z reliquis membris.


¶ Habet autez in capite stellaz vnam. In sinistro brachio vnã. In vtroqꝫ humero singulas clare lucentes. In manu sinistra vnaz. In dextro cubito vnam. In vtroqꝫ latere singulas: sed clariorem in sinistro. In dextro femore duas. In genu vnam. In poplite vnam. In crure duas. In pede vnam quę dicitur clara. In sinistra manu quattuor: quas pellẽ Leonis nonnulli esse dixerunt: Ita sunt omnino decem ⁊ nouem.





Yra: hec posita est contra regi_nem eius loci qui est inter genu & manum sinistram eius: qui engonasin vocatur: cuius ipsa testudo spectat ad arcticũ circulum. Summum autem cacumen ad polum notium contendere videtur. Hec lyra virgine exoriente occidere videtur: & cuz sagittario exoriri perspicitur. ¶ Habet autem in ipsis testudinis lateribus singulas stellas. In summis cacuminibus eorum que in testudine vt brachia sunt cõiecta singulas. In medijs ijsdẽ quas humeros Eratosthenes fingit singulas. In scapulis ipsius testudinis duas. In ima lyre que vt basis totius videtur vnã: & ita omnino sunt nouẽ.

Lyra.





Lor. Huius vna ala est ad circunductionem huius circuli: qui arcticos vocatur: contingens extremum pedez sinistrum eius: qui engonasin vocatur. Sinistraz autez habet alam paululum extra circulum ęstiuum pene coniungens pedibus pegasi: ęstiuus autem circulus rostruz eius a reliquo corpore diuidit. Cauda iungitur extrema cuz capite cephei. Hic cū virgine ⁊ chęlis occidēs prius capite q̄z reliquis membris deuenit ad terrā: exoritur autem cuz Capricorno. ¶ Hic habet in capite stellam clare lucentem vnam. In collo alteram pari fulgore. In vtrisq̄ pēnis quinas. Supra caudam vnam. oīno habet stellas. xiij.

Cygnus.





Epheus a tergo minoris arcti cōstitutus includitur ar/
ctico circulo a pedibus ad pectus:vt pręter humeros τ
caput eius nihil occidere videatur:nec longe abest a fle
xu draconis quem capite primum efficere videtur. Ce
pheus autē manibus vtrisqꝫ proiectis figuratur:tanto dissidet in/
teruallo a pedibus arcti minoris quantum spacium inter pedes ce
phei videtur. Huius caput scorpione exorto occidere:cum sagitta/
rio exoriri videtur. ¶ Hic autem hꝫ in capite stellas duas. In manu
dextra vnam. In cubito obscuram vnam. In sinistra manu τ in
humero singulas. In dextro humero vnam. In zona quę mediū
eius diuidit corpus tres stellę clare videntur. In latere dextro ob/
scuram vnam. In sinistro genu duas. In vtrisqꝫ pedibus singulę.
Supra pedes stellę.iiij. Hic totus oīno est stellarū numerus.xix.





Assiopęia sedens in siliquastro collocata est: cuius se/
dilis ⁊ ipsius cassiopęię pedes positi in ipsa circundu/
ctione circuli qui arcticos vocatur. effigies autem cor/
poris ad ęstiuum circulum peruenit: quem capite ⁊ dex
tra manu tangit. Hanc prope mediam diuidit circulus is lacteus appellatur proxime cephei signum collocatum. Hęc occidens cum scorpione capite: cum sedili resupino ferri perspicitur. Exoriri aūt cuꝫ sagittario. ¶ Huius in capite stella ostendit̄ vna. In vtroqꝫ humero vna. In mām̄illa dextra clara vna. In lumbis magna vna. In sinistro femore due. In genu vna. In pede ipsius dextro vna. In quadrato quo sella deformat᷑ ⁊ in vtrisqꝫ angulis singulę clarius cęteris lucentes. Hęc igitur est omnino stellarum. xiij.

Cassiopęia




Andromeda ꝓpe Cassiopeiã supra caput Persei bre/ui interuallo dissidente perspicitur collocata: manibꝰ diuersis vincta vt antiquis historijs est traditũ: cuius caput equi pegasi ventri coniungitur. Eadem enim stella vt vmbilicus pegasi ⁊ andromodę caput appellatur. Huius medium pectus ⁊ manum sinistram circulus ęstiuus diuidit. Occidit autem cum pisce de duobus secundo: quem Andromedę subiectũ brachio supra diximus. Exoriente libra ⁊ scorpiõe capite prius q̃ reliquo corpore peruenit ad terram. Exoritur autem cum piscibus ⁊ ariete. ¶ Hęc (vt supra diximus) hꝫ in capite stellam clare lucentẽ vnã. In vtroq; humero vnã. In cubito dextro vnã. In ipsa manu vnã. In sinistro cubito vel in brachio vnam. In manu alterã. In zona tres. Super zonam quattuor. In vtroq; genu vnã. In pedibus autem binas. Ita omnino est stellarum numerus. xx.

Andromeda



Perseus



Erseus. Cuius sinistrum crus et humerus leuum / circulus estiuus a reliquo corpore diuidit. Ipse manu dextra arcticum circulum tangit: dextro pede caput aurige premens velut currens videtur. Idem occidens sagittario et capricorno exorto inclinat ad caput visus: cum ariete et tauro rectus exoritur. Habet autem in vtroque humero stellam vnam. In manu dextra clare lucentem vnam que falcem tenere videtur: qua telo Gorgonam interfecit. In sinistra alteram que caput Gorgonis tenere existimatur. Habet preterea in ventre stellam vnam. In lumbis alteram. In dextro femore vnam. Ad genu in tibia vnam. In pede vnam obscuram. In sinistro femore vnam. In genu alteram. In tibia duas. In sinistra manu quod Gorgonis caput vocatur stellas quattuor. omnino est stellarum numerus. xvij. Caput eius et falx sine sideribus appent. Hunc Aratus cum diceret inter sidera cyconis menon figuratum: acceperunt complures eum pulueruletum dicere: quod minime conueniit posse inter sidera etiam pulueruletum accipere. Quod si esset: dignior erat Orion cui idem ascriberetur. Primum quod assidue est venatus et semper in terra fuit. Denique adhuc inter sidera venari videtur. Perseus autem qui assidue volabat: non potest puluerem habere. Quid igitur est cum vellet Aratus eum currentem obscure significare: visus etholorum consuetudine ceconis menon dixit: etholi enim cum volunt aliquem decurrere significare ceconisse dicunt. Id quod Aratus voluit demonstrare non vt illum volantem assidue pulueruletum dicat. quod a multis perperam est intellectum.






Eniochus autem circulo estiuo genuum fine/pterea humero sinistro vsq; ad zonam diuiditur ab eo: quem supra Lacteum orbem diximus. Huius dexter pes tauri cornu sinistro stella coniungitur: idest vna manu vt lora tenens figuratur. Cuius in humero sinistro capra. In manu autem duo hedi stellis formati dicuntur. Totus autem pedibus Persei subiectus: caput habens contra vrse maioris aspectum. Hic occidere Sagittarij et Capricorni exortu videtur. Exoriri autem Ophiulco et Engonasi occidente. ¶ Habet preterea stellam vnam in capite. In vtroq; humero vnam. sed in sinistro clariorem que vocatur capra. In vtroq; cubito vnam. In manu duas que hedi appellantur stellis prope occidentibus formati. Ita omnino sunt numero septem.






Phiulcꝰ iclinatꝰ a capite: vt q resupinari vr manibꝰ an/
gué tenere figuratus é. Huiꝰ aűt bűeri ab ęstiuo circu/
lo diuidunt a reliq corpe. Ipse genuű fine ab ęqnoctia
li terminat circulo. Pede sinistro pmés oculos: dextro
aűt testudini scorpioni inixus. Anguis aűt q ab eo tenet ppe extre
mo ore coroná ꝯtingés mediű pcingit ophiulcű: a cauda breuior q̃z
supiore corpore q̃ manꝰ sinistra ipsiꝰ signi figurat: ita tñ vt extrema
cauda circulű ęqnoctialé cű aqlę cauda iungat. Occidés aűt exor/
tu geminoꝝ cancri ⁊ leonis puenit ad terrá. Exoriés aűt cű scorpio
ne ⁊ sagittario appet. ¶ Hic hꝫ in capite stellá vná. In vtroqꝫ hu/
mero singulas. In sinistra manu tres. In dextra manu q̃ttuor. In
lumbis duas. In vtroqꝫ genu singulas. In dextro crure vnaꝫ. In
vtroqꝫ pede singulas. sꝫ clarioré in dextro. Itaqꝫ est oio stellaꝝ nu/
merus. xvij. ¶ Anguis aűt hꝫ in sũmo capite stellas duas. Sub ca/
pite tres vno loco oés. Ad manuꝫ ipsiꝰ ophiulci sinistrá duas. sed q̃
maxie ad corpus eius accedit clarioré. Et in dorso anguis ad ipsaꝫ
corporis ꝯiunctioné qnqꝫ. Et in pma curuatura caudę q̃ttuor. In
scda caput vsus hꝫ stellas sex. Ita est oino stellaꝝ nűerus. xxij.



SERPENTARIVS

Sagitta inter duos circulos estiuum & equinoctialem si gno aquile superposita diuidit ab eo circulo qui utro- que polo subiectus ad cancrum & capricornum peruenit. Huius cacumen ad equi pedum regionem spectat. Altera pars ad humeros ophiulci tendit. Hec occidit virginis ortu. oritur aũt cum scorpione. ¶ Habet omnino stellas quattuor: quarum vna in principio materie: altera in medio. due relique in eo loco quo ferrum solet affigi: diuerse videntur.

Sagitta



AQuila ala dextra non multum extra circulum ęquinoctialem prodire: sinistra autem non longe a capite ophiulci figurata videtur. Pręterea rostruz eius a reliquo corpore diuidit circulus quem supra diximus a ca ncro ad capricornum peruenire. Media autem finitur ab eo quez supra lacteum orbem demōstrauimus esse. ¶ Hęc exorto Leone occidit. Exoritur autem cum Capricorno habens in capite stellam vnam. In vtraqz pēna vnā. In cauda vnā. Itaqz oīno sunt quattuor.

Aquila



Elphin non longe ab Aquilę signo figuratur: in curuatione caudę nouissimę ęquinoctialis circuli circũductione tangit: capite prope contingens equi pegasi rostruz. Hic exoritur cũ sagittarij posteriore parte. Occidit autem cum Uirgo exorta est a capite. ¶ Habet autez in capite stellas duas. Supra caput ad verticem duas alias. Ad ea quę in ventre velut pennę videntur habet stellas tres. In scapulis vnam. In cauda duas. Itaqz omnino sunt stellę numero decem.



Equus arcticũ circulum spectans pedibus estiuo orbe niti: extremo ore caput Delphini tãgere videtur: Aquarij manum dextram ceruici sua coniungens & vtrisq pi scibus clausus quos in duodecim signis postea demonstrabimus. Huius in stellis corpus apparet vsq ad vmbilicũ deformatum. Qui occidit cum pisce de duobus primo: qui supra tergum eius est fixus. Exoritur cum Aquario toto & Pisce cum quo occidit: & manu Aquarij dextra. ¶ Hic habet in rostro stellas duas obscuras. In capite vnam. In maxilla vnam. In vtrisq auribus singulas. In ceruicibus quattuor obscuras. sed maxime lucet quę capiti proxima apparet. In humero claraz vnam. In pectore vnã. In ĩterscapilio vnaz. In vmbilico nouissimam vnã quę Andromedę vocatur. In genubus vtrisq singulas. In vtrisq poplitibus singulas. Ita sunt omnino numero decem & octo.


Equus





Eltoton autem vt in triangulū deformatur: ęquis quodammodo lateribus duobus: vno breuiore sed prope ęquali reliquis. Inter ęstiuum ⁊ ęquinoctialem circulum supra caput arietis: non longe ab andromedę dextro crure ⁊ persei manu sinistra collocatum: Cum ariete toto occidens. Exoriens autem cū eiusdem dimidia priore parte. ¶ Habet autem stellam: in vnoquoq; angulo vnam.

TRIANGVLVS






Unc protinus duodecim signorum figurationem dicemus. Quorum est princeps Aries in equinoctiali circulo consistens: caput ad exortum habens euersuz: Occidens a primis pedibus τ exoriens: caput infrā triangulum quod supra diximus tenens collocatuz: pedibus prope contingens caput Pistricis. ¶ Habet autem in capite stellam vnam. In cornibus tres. In ceruice tres. In pede priore de primis vnaz. In īterscapilio quattuor. In cauda vnā: sub ventre vnam. In lumbis tres. In pede posteriori vnam. Que sunt omnino numero decem τ octo.




Aurus ad exortum ſignorum dimidia parte collocatus: vt incipere genu ac defigere ad terram videtur. Caput eodem habens ac tentum. Genua eius reliquo corpore diuidit circulus equinoctialis: cornu ſiniſtro vt ſupra diximus coniungitur cum ſiniſtro pede eius: qui Auriga appellatur. Inter huius finitionem corporis & Arietis caudam ſtellę ſunt: quas vergilias noſtri: gręci autem pleidas appellauerunt. Hic auerſus occidit & exoritur. ¶ Habet in cornibus ſingulas ſtellas: ſed in ſiniſtro clariorē. In vtriſq; oculis ſingulas. In fronte media vnā. Ex quibus locis cornua naſcuntur ſingulas: quę ſeptem ſtellę hyades nuncupantur. ¶ Et ſi nonnulli quas duas diximus nouiſſimas ſtellas negauerint eſſe: vt omnino hyades eſſent quinq;. Pręterea in ſiniſtro genu priore habet ſtellam vnam. Et ſuper vngulam vnā. In dextro genu vnā: & in interſcapilio tres: nouiſſimam earum cęteris clariorem. In pectore vnam. Quę ſunt omnino pręter vergilias quattuordecim.





Emini ab Aurigę parte dextra supra Orionez colloca ti videntur: ita tamē vt Orion inter taurum ⁊ geminos sit constitutus: capita eorū diuiduntur a reliquo corpo re: circulo eo qui ęstiuum diffinire supra est dictus. Ita vt complexa corpora inter se tenentes. Occidāt directi a pedibus. Exoriuntur autem inclinati vt iacentes. ¶ Sed his qui cancro est proximus habet in capite stellam vnam claram. In vtrisq₃ hume/ ris singulas claras. In dextro cubito vnaz. In genubus vtrisq₃ sin gulas. In pedibus vtrisq₃ singulas. ¶ Alter autem in capite vnā. In sinistro humero vnam. In dextro alteram. In vtrisq₃ manibus singulas. In dextro genu vnam. In sinistro genu alteram. In pedi bus vtrisq₃ singulas. ⁊ infra sinistrum pedem vnam quę tropus ap pellatur. ⁊ sunt. xviij.



Ancer. Hūc medium diuidit circulus ęstiuus ad Leonis exortuʒ spectantem: paululum supra caput Hydrę collocatum. Occidentem ⁊ exorientem posteriore corporis parte. ¶ Hic autem habet in ipsa testa stellas duas quę asini vocātur: de quibus ante diximus. In pedibus dextris singulas obscuras. In sinistro pede primo duas. In secundo duas obscuras. In tertio vnam. In quarto primo vnam obscuram. In ore vnam. In ea quę chela dexterior dicitur tres similes: non grandes. In sinistra similes duas. Et ita est omnino stellarum numerus decem ⁊ octo.





Eo spectans ad occasum supra corpus hydrę a capite qua cancer instat: vsqȝ ad mediam partem eius constitutus medius estiuo circulo diuiditur: vt sub ipso orbe priores pedes habeat collocatos. Occidens a capite ⁊ exoriens. ¶ Hic hẽt in capite stellas tres. In ceruicibus duas. In pectore vnã. In iterscapulio tres. In media cauda vnam. In extrema alteram magnam. Sub pectore duas. In pede priore vnam claram. In ventre claram vnam. Et infra alteram magnam vnaȝ. In lumbis vnam. In posteriore genu vnã. In pede posteriore claram vnam. Et ita est oĩno numerus stellarũ decem ⁊ nouem.






Virgo infra pedes Boetis collocata: capite posteriorē partem Leonis: dextra manu circulum ęstiualem tangit: ac inferiorem partem corporis: supra coruum & hydrę caudaz habere perspicitur. Occidens capite prius q̄z reliqs mēbris. ¶ Hui⁹ in capite est stella vna obscura. In vtrisq̄z humeris singulę. In vtrisq̄z pennis binę: quarum vna stella quę est in dextra penna ad humerum defixa protrigot vocatur. Pręterea habet in vtrisq̄z manibus singulas stellas: quarū vna quę est in dextra manu/maior & clarior conspicitur. In veste autem habet passiz dispositas stellas quinq̄z. In vtrisq̄z pedibus singulas. Omnino stellarum numerus. xvj.



VIRGO

Scorpij prior pars quę Chele dicit̄ ita p̄mitur ab ęqui/
noctiali circulo: vt eum sustinere videatur. Ipse autem pedibus Ophiulci de quo supra diximus subditus ex/
trema cauda circulum hyemalem contingere videtur. Neqꝫ longe est ab eo quod pro hostia centaurus ferre prospicitur. Occidit autez inclinato capite. exoritur erectus a chelis. ¶ Hic habet stellas in his quę chele dicuntur in vnaquaqꝫ earum binas: ex quibus primę sunt clariores. Preterea habet in frōte stellas tres: quarū media est clarissima. In interscapilio tres. In ventre duas. In cauda quinqꝫ. In acumine ipso quo percutere existimat̄ duas. Omnino stellarum. xix.

SCORPIVS



Sagittarius autem spectans ad occasum: centauri corpore figuratur velut mittere sagittas: incipiens a pedibus vsqz ad humeros. In hyemali circulo collocatus ita vt caput eius solum extra eum circuluz quem supra diximus apparere videatur: cuius arcus lacteo circulo medius diuiditur. ante pedes eius est quędā corona stellis effecta de qua prius diximus. Hic preceps occidit. exoritur directus. ¶ Habet autez in capite stellas duas. In arcu duas. In sagitta vnam. In dextro cubito vnam. In manu priori vnā. In ventre vnam. In iterscapilio duas. In cauda vnam. In priori genu vnam. In pede vnam. In inferiori genu vnam. In pollice vnam. Omnino est stellaruz numerus quindecim. Corona autem centauri est stellarum septem.



Capricornus



Apricornus ad occasum spectans & totus in zodiaco circulo deformatus: cauda & toto corpore medius diuiditur ab hyemali circulo: suppositus Aquarij manui sinistrę. Occidit autem p̄ceps: exoritur autem directus. ¶ Sed habet stellam in naso vnam. Infra ceruicem vnam. In pectore duas. In priore pede vnā. In priore eodem alteraȝ. In iterscapilio habet stellas septem. In ventre septem. In cauda duas. Et est omnino stellarum.xxij.



AQuarius habet pedes in hyemali circulo fixos: manuz autem ſiniſtram vſqz ad capricorni porrigens tergũ/de/xtram iubę pegaſi prope cõtingens: ſpectat ad exortus: qui cum ita ſit figuratus: neceſſe eſt eum corpore prope reſupinato videri. Effuſio aquę peruenit ad eum piſcem qui ſolita/rius figuratur de quo poſterius dicemus. Sed aquarius ⁊ occidit ⁊ exoritur capite prius q̃z reliquis membris. ¶ Hic habet in capite ſtellas duas obſcuras. In vtriſqz humeris ſingulas magnas. In ſi/niſtro cubito vnam grandẽ. In manu priori vnaz. In vtriſqz mam/mis ſingulas obſcuras. In lũbo interiore vnaz. In vtriſqz genub⁹ ſingulas. In dextro crure vnã. In vtriſqz pedib⁹ ſingulas. Omni/no eſt ſtellarum quattuordecim. Effuſio aquę cum aquario ipſo eſt ſtellarum triginta. Sed in his oĩbus prima ⁊ nouiſſima clara.

Aquarius





Isces. Hoꝝ alter Notus: alter Boreꝰ appellat. Idō q̄ vnus eoꝝ q boreꝰ dr̄ iter eqnoctialē ⁊ estiuū circulū sub Andromedę brachio collocatꝰ: ⁊ arcticū polū spectās ꝯstituit. Alter aūt ē in zodiaco circulo extrēo sub scapulis eq: nō lōge ab eqnoctiali circulo collocatus spectās ad occasum. Hi pisces qbusdā stellis vt lineola ab arietis pede p̄mo ꝯiungunt: quoꝝ iferioꝛ an̄ occidere ⁊ exoꝛiri videt. Hēt aūt stellas decē ⁊ septē. Et boreus oīno. xij. Cōiunctio eoꝝ hꝫ ad Aqlonē spectās stellas tres. Ad alterā partē tres. Ad exoꝛtū tres. In cōmissura tres: oīno. xij. Hoꝝ ꝯiūctionē q̄ a pede arietis p̄mo notat Aratꝰ grece.

Cicero nodū cę'estē dicit: q vtrūqꝫ volūt signare: eū nodū nō solū pisciū: sꝫ ēt totiꝰ sphęrę eē: quo. n. loco ē circulus ab arietis pede Mesembꝛinos dr̄: qui meridez significet. ⁊ quo loco is circulus mesembꝛinos cōiungit: ⁊ transit equinoctialē circulū: in ipsa coniūctiōe circuloꝝ nodus pisciū significat: quia eum nō modo nodum piscium: sed etiam cęlestium nodum appellauerunt.





Istrix a media cauda diuiditur ab hyemali circulo spectans ad exortus: rostro prope posteriorem arietis pedem iungens: huius priorem partem corporis/ quę spectat ad exortus prope alluere flumen Eridani videtur. Hec cadit exorto Cancro & Leone: exoritur autem cum Centauro & Geminis. Sed hz in extrema cauda stellas duas obscuras. Ab eo loco vsqz ad reliqui corporis curuaturam quinqz. Sub ventre sex. Omnino sunt tredecim.






Ridanus a sinistro pede profectus Orionis/ et perueniens vsq3 ad pistricem : rursus diffunditur vsq3 ad leporis pedes et protinus ad antarcticum tendit circuluz. Huius figurationem circulus hyemalis diuidit ab eo loco quo prope coniungitur ceto. Hic scorpione et sagittario exorto occidere. Exoriri autem cum geminis et cancro videtur. ¶ Habet autem stellas in prima curuatura tres. In secunda tres. Itez in tertia vsq3 ad nouissimam septem. Omnino est stellaz numerus. xiij.

Eridanus flumen.




Epus autem infra ſiniſtrum pedem Orionis per hyemalem circuluz fugiens: ab eo inferiore parte corporis diuiſus. Occidit ſagittario exorto: oritur cum Leone. ¶ Habet autem ſtellas in vtriſqz auribus ſingulas. In corpore paſſim diſpoſitas duas. In pedibus prioribus ſingulas. Et ita eſt omnino ſtellarum ſex.



Rion: hūc a zona ꝛ reliquo corpore equinoctialis circu-
lus diuidit cum Tauro decertantem collocatum: dextra
manu clauam tenentem ꝛ incinctum ense spectantez ad
occasum: ꝛ occidētem exorta Scorpionis posteriore par
te ꝛ sagittario exoriente: cum Cancro autem toto corpore pariter
exurgentem. ¶ Hic habet in capite stellas tres claras. In vtrisqꝫ
humeris singulas. In cubito dextro obscuram vnam. In manu si-
milem vnam. In zona tres. In eo quo gladius eius deformatᷓ tres
obscuras. In vtrisqꝫ genubus singulas claras. In pedibus singu-
las obscuras. Omnino sunt decem ꝛ septem.

Orion





Anis leporem fugientem consequens posterioribus pedibus diuiditur ab hyemali circulo: pedem dextrū orionis pene suo capite coniungens: capite ad occasum spectans. sed caput ad ęquinoctialem circulum tendit. Occidit oriente sagittario: exoriens autem cum cancro. ¶ Hic canis habet in lingua stellam vnam: quę canis appellatur. In capite autem alteram: quam nonnulli syrion appellant de quo primum diximus. Pręterea habet in vtrisqꝫ auribus obscuras singulas. In pectore duas. In pede priore tres. In iterscapilio tres. In sinistro lumbo vnam. In pede posteriore vnam. In pede dextro vnaꝫ. In cauda quattuor. Omnino sunt decem & nouem.





Rocyon. Hic in lacteo circulo defixis pedibus equinoctialem circulum tangit. Spectat ad occasum vt inter geminos & cancrum constitutus: qui quod ante maiorem canem exoritur Procyon est appellatus. ¶ Hic autem occidit exortu Capricorni: exoritur cum Leone. & habet vnam stellam in capite & aliam in pectore. In lumbo vnam. Sed est omnino stellarum numerus trium.






Rgo. Huius puppis hyemalem circuluȝ ⁊ maioris canis caudaȝ contingens inferiore parte nouissime nauis inclinata antarticum circulum tangit. Occidens sagittario ⁊ capricorno exorto vt in mari collocata exoriens cum virgine ⁊ chelis. ¶ Hec habet in puppi ad singula gubernacula: ad primum stellas quinqȝ. Ad alteram quattuor. Circum carinam quinqȝ: ⁊ sub reiectum quinqȝ. Ad malum quattuor. Ita tota est stellarum viginti trium. Que quare non sit tota in mundo collocata prius diximus.





Entaurus. Hic ita figuratur: vt in antartico circulo ni/
ti pedibus: humeris hyemalem sustinere videatur: capi
te prope caudam hydrę cõiungens: hostiam dextra ma
nu tenens supinam: quę pedibus & extremo ore circulũ
hyemalem tangit inter eum & antarticum orbem collocatam. Cen/
tauri autem crura a reliquo corpore diuidit circulus qui lacteus ap
pellatur. Hic spectans ad ortus signorum: totus occidit aquario &
piscibus exortis. Exoritur autem cum scorpione & sagittario. ¶ Ha
bet autez stellas supra caput tres obscuras. In vtrisqz humeris sin
gulas claras. In cubito sinistro vnam. In manu vnam. In medio
pectore equino vnaz. In prioribus poplitibus vtrisqz singulas. In
interscapilio quatuor. In ventre duas claras. In cauda tres. In
lumbo equino vnaz. In genubus posterioribus singulas. In popli
tibus singulas. Omnino sunt. xxiiij. ¶ Hostia autẽ habet in cauda
duas. In pede de posterioribus primo vnaz. In vtrisqz pedibus vnã.
In interscapilio vnã clarã: & in priore parte pedũ vnam. Infra al/
terã. In capite tres dispositas. Omnino sunt numero. x.






Ra antarticum circulum prope tangens: inter hostię caput & Scorpionis caudam extremam collocatur. Occidens Arietis exortu: exoriens cum Capricorno. ¶ Hęc habet in summo cacumine circuli ubi formatur stellas duas: & in imo alteras. Et ita est omnino stellarum quattuor.

Ara





Ydra triũ signoꝝ lõgitudinẽ occupãs Cancri Leonis ⁊ Uirginis: iter ęquinoctialẽ circulũ ⁊ hyemalez collocatur. Ita tñ vt caput eiꝰ ↄtendẽs ad signũ id qđ procyon vocat̃: ⁊ totiꝰ Hydrę ꝓprie q̃rta pars inter ęstiuũ ⁊ ęquinoctialẽ circulũ videat̃. Cauda aũt extrema pene cẽtauri caput tegens: sustinet in dorso Coruũ: rostro corpꝰ eius tangentẽ ⁊ toto corpore ad craterẽ tẽdentẽ: q satis lõgo dissidente interuallo ꝑpe inter Leonẽ ⁊ Uirginẽ ↄstitutus videt̃ iclinatior ad caput Hydrę q̃ occidit Aquario ⁊ Piscibꝰ exortis. Orit̃ aũt cũ his signis de qbꝰ supra diximus. ¶ Habet aũt in capite stellas tres. In prima a capitis curuatura sex. sed eaꝝ nouissimaz clarã. In scđa curuatura tres. In tertia q̃ttuor. In q̃rta duas. In qnta vsq3 ad caudam octo: oẽs obscuras. Ita fiũt numero vigintisex. ¶ Corvꝰ aũt hz in gutture stellã vnã. In pennis duas. Infra pẽnã caudã v̕sus duas. In vtrisq3 pedibus singulas. oĩno sunt septẽ. ¶ Supra primã Hydrę curuaturã Crater positꝰ hz in labris stellas duas. Infra aũt ansas duas obscuras. In medio cratere duas. ad fundũ duas. Oĩno sunt octo.





Piscis autem qui Notus dicitur inter hyemalez ꝛ antarticum circulum media regione collocatus spectare ad exortum videtur inter Capricornum ꝛ Aquarium ore excipiens aquam quę funditur ab Aquario. ¶ Hic occidit oriente Cancro. Exoritur autem cum piscibus. Sed est stellarum omnino duodecim.

Piscis



¶ Quę ad figurationem siderum pertinent: ad hunc finem nobis erunt dicta. Reliqua protinus dicemus.

¶ CLARISS. VIRI HIGINII DE QVINQVE CIRCVLORVM INTER CORPORA CAELESTIA NOTATIONE: ET PLANETIS LIBER QVARTVS ET VLTIMVS.



Voniã in initio sphere circuli qnqz quomodo efficerentur ostédimus neqz eos corpore siderum innotauimus: ꝛ si duo nouissimi nihil ad solis cursũ pertinét: hoc est arcticos ꝛ ãtarticos de medijs dicemus. iij. Sed quoniã Aratus quattuor circulis sphęram plurimum valere dicit: neqz eoꝝ aperte quéqz demõstrat: volũtatez nostrã aptius oñdemus. Et quéadmoduz in initio fecimus a boreo polo sumemus exordiũ.

Sit ęstiuũ circulũ vnũ de q̃ttuor eẽ dicemus: q thermos tropicos vocat̃: quo circulo ęstaté ꝯfici demõstrauimus. ꝛ si nõ nemo dubitat: q̃re nõ vtriqz circuli hoc est ęstiuus ꝛ hyemalis vno noĩe appellent̃. idͦ ꝙ qué nos ęstiuũ diximus nõnullis hyemalis fiat: ꝛ quo circulo hyemé ꝯfici diximus: eo circulo alijs ęstas fit. Qd̃ si voluerint ĩtelligere id ad nostras collatiões mũdi eẽ demõstratũ: q inter ęstiuũ circulũ ꝛ arcticon sumus ꝯstituti: nõ ad illoꝝ sphęrã q ab hyemali circulo ãtarticũ habitãtes nobis antipodes dñr. facilꝰ ad nr̃am accesserit volũtaté. Si qs. n. voluerit eoꝝ quos ãtipodas diximus: q ĩferiore a nobis circulo ꝯstituti vñr sphęrã facere: nõ ĩmerito nr̃uz hyemalé sibi ęstiuũ circulũ finxerit. Aut si qs scriptoꝝ eoꝝ mẽtioné faciens obscure voluerit antipodas demõstrare: ꝛ dixerit qbꝰ ĩ capricorno ęstas sũma: aut in cãcro hyems maxĩa fiat: nõ imperita rõne acutissime dixisse videbit̃. Qd̃cũqz. n. nr̃is circulis ꝯ̃rium dixerit: id illis erit rectũ. Sed ne lõgiore sermone pręter ꝯsuetudiné vtamur: ad inceptũ reuertamur.

IN ęstiuo circulo de quo primuz dicere instituimus hęc signa siue partes eorum perspiciuntur. Capita geminorũ aurigę genu vtrunqz vel sinistrum Persei crus ꝛ humerus sinister. Andromeda autem a pectore sed manu sinistra diuiditur. Atqz ita euenit vt caput eius cum toto pectore ꝛ ma/

nu dextra videat ee inter ęstiuū & ęquinoctialem circuluz:reliquum aūt īter ęstiuū & arcticū finem. Pręterea in eodē ęstiuo circulo/pedes eq pegasi videntr positi: & caput a reliquo corpe diuidit oloris: & alę sinistrioris vt volātis ps nō magna. Ophiulc⁹ humeris vt circulū sustinere videt. Uirgo ,ppe hūc ↄtingēs a capite inter hunc & ęqnoctialē circulos collocata est vt fulgēs ad austrū. Leo a pectore ad lumbos diuidit vt caput ei⁹ & corpis supiora crurib⁹ ps: inter hūc & arcticū circulū videat. Inferior aūt pars inter ęstiuū & ęgnoctialē circulū. Cācer aūt sic diuidit medi⁹: vt īter duos oculos eius circulus traiect⁹existimet. In his signis & hoc(vt añ dixim⁹)circulo cū vehit sol:euenit nobis:q hac inclinatiōe mundi vtimur:vt sint diei de ptibus.viij.ptes.v.noctis aūt tres. Neqȝ ita tñ vt ex horologijs sȝ ex sphęrę rōne. Cuȝ.n.sphęrā ita ↄstitueris vt circulus his g arcticus vocat semp appareat.nunqȝ aūt antartic⁹ exoriat.atqȝ ita sphęra est ↄstituta.si voles circulū ęstiuū diuidere in partes octo:ex his īuenies ptes.v.in sphera apparere.tres aūt īfra tāqȝ sub terra eē. At aliqs dixerit cur sphęrę circulos diuidamus in ptes.viij. potius qȝ.xij.aut quot libuerit alias partes: hic nō sphęrā sȝ se fallere hac ratione īueniet porro arbitror. Si.n.ita fecerit ex ęstiuo circulo ptes.xij.ex his ptes.vij.& dimidiū partis apparere.q̃ttuor aūt & dimidiū sub terra īuēiet eē. Itaqȝ euenit vt cū ad.viij.ptes addita dimidia sit:simili rōne ad ptes q̃ttuor/accedat pars dimidia: & fiāt supra terrā ptes.vij.& dimidiū ptis.reliquū aūt sub terra qȝ ē ptes q̃ttuor & dimidiū. Igit opȝ ītelligere vt nō ī minutis ptib⁹ & dimidijs fiat:sȝ certis numeris cōficiat vt euenit in ptib⁹.viij. Pręterea qm̄ sphęra diuisa in ptes.xxx. euenit vt abęstiuo ad hyemalē sint ptes. viij.nimirꝫ certe eos circulos diuidem⁹ī ptes.viij. Pręterea qm̄ ab ęstiuo circulo ad eqnoctialē sunt ptes.iiij. de.xxx. Et rursus ab eqnoctiali circulo ad hyemalez de ptib⁹.xxx.ptes.iiij.& ita nihilomin⁹ ęqnoctialis ipse p se circulus medi⁹diuidit:vt dimidia ps ei⁹ sit sub terra de ptib⁹.viij.partes q̃ttuor & totidē supra:& tota rō ad octauā partē puēiat:nō dubiū ē qn recte diuidat ī ptes.viij. Pręterea cū sol p hos circulos currēs iter ānuū ↄficerevideat:& ab oīuȝ signorꝫ octaua pte(vt posteri⁹dicem⁹)īcipiat exoriri:vt ad aliud signū trāsire:neqȝ vlla alia pte signi vtat recte ipsi qnqȝ circuli diuidunt ī partes.viij. Pręterea cū.vij.sidera ad eūdē statū reuertant:qbusdam placuit:vt cuiusmodi dies hodiern⁹ fuerit ī solis aut lunę tēpestate:

eiusdem

eiusdez modi octauo anno sit futurus: vere sphęra quoqȝ diuidet̃ in partes octo. Pręterea cũ videamus octauo quoqȝ die eiusdẽ sideris horã primã aut q̃libȝ deniqȝ esse vt cuius hodie fuerit hora prima eiusdẽ octauã quoqȝ futurã: verissimũ est ipsam quoqȝ sphęram vnde horę sumunt̃ diuidi in partes octo. Sed ne reliqua ꝑtermittamus in hoc occupati: ad propositum reuertamur.



